



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. Ior

Jueves 31.10.2019

Decreto de la Congregación del Culto Divino y la Disciplina de los Sacramentos sobre la celebración de la bienaventurada Virgen María de Loreto para inscribir en el Calendario Romano General

Decreto sobre la celebración de la bienaventurada Virgen María de Loreto para inscribir en el Calendario Romano general

"Memoria ad libitum" de la bienaventurada Virgen María de Loreto en el Libro del Rito Romano

Decreto sobre la celebración de la bienaventurada Virgen María de Loreto para inscribir en el Calendario Romano general

La veneración por la Santa Casa de Loreto ha sido, desde la Edad Media, el origen de aquel peculiar santuario visitado, también hoy, por numerosos fieles peregrinos para alimentar la propia fe en el Verbo de Dios hecho carne por nosotros.

Este santuario recuerda el misterio de la Encarnación y estimula a todos aquellos que lo visitan a considerar la plenitud del tiempo, cuando Dios mandó a su Hijo, nacido de mujer, y a meditar tanto en la palabra del Ángel que anuncia el Evangelio, como en las palabras de la Virgen, que responde a la llamada divina. Bajo la sombra del Espíritu Santo, la humilde sierva del Señor se transforma en casa de la divinidad, imagen purísima de la santa Iglesia.

El mencionado santuario, estrechamente vinculado a la Sede Apostólica, alabado por los Sumos Pontífices y conocido universalmente, ha sabido ilustrar de modo excelente, en el curso del tiempo, no menos que Nazaret en Tierra Santa, las virtudes evangélicas de la Sagrada Familia.

En la Santa Casa, delante de la imagen de la Madre del redentor y de la Iglesia, santos y beatos han respondido a la propia vocación, los enfermos han invocado consuelo en el sufrimiento, el pueblo de Dios ha

iniciado a alabar y suplicar a Santa María con las Letanías lauretanas, conocidas en todo el mundo. En particular, cuantos viajan en avión han encontrado en ella la celestial patrona.

A la luz de todo esto, el Sumo Pontífice Francisco ha decretado con su autoridad que la memoria libre de la bienaventurada Virgen María de Loreto se inscriba en el Calendario Romano el 10 de diciembre, día de su fiesta en Loreto, y sea celebrada anualmente. Tal celebración ayudará a todos, especialmente a las familias, los jóvenes, los religiosos, a imitar las virtudes de la perfecta discípula del Evangelio, la Virgen Madre que, concibiendo a la Cabeza de la Iglesia, nos acoge también a nosotros consigo.

La nueva memoria deberá, pues, aparecer en todos los Calendarios y Libros litúrgicos para la celebración de la Misa y de la Liturgia de las Horas; los relativos textos litúrgicos se unen a este decreto y sus traducciones, aprobadas por las Conferencias Episcopales, serán publicadas después de la confirmación de este Dicasterio.

No obstante cualquier disposición contraria

En la sede de la Congregación para el Culto Divino y la Disciplina de los Sacramentos, a 7 de octubre de 2019, memoria de la bienaventurada Virgen María del Rosario.

Roberto Card. Sarah
Prefecto

+Arthur Roche
Arzobispo Secretario

"Memoria ad libitum" de la bienaventurada Virgen María de Loreto en el Libro del Rito Romano

Adnexus decreto diei 7 mensis Octobris 2019

Additiones in Libris liturgicis Ritus Romani de memoria ad libitum B. Mariæ Virginis de Loreto

IN CALENDARIUM ROMANUM GENERALEM

DECEMBER

10 B. Mariae Virginis de Loreto

IN MISSALE ROMANUM

Die 10 decembris

Beatae Mariae Virginis de Loreto

De Communi beatae Mariae Virginis

Collecta

Deus, qui promissa Pátribus adímplens
beátam Virginem Maríam elegísti,
ut matrem fieret Salvatóris,

concéde nobis illús exémpla sectári,
cuius humilitas tibi plácuit,
et oboediéntia nobis prófuit.
Per Dóminum.

IN ORDINEM LECTIÖNUM MISSAE

Dei 10 decembris

689 bis Beatae Mariae Virginis de Loreto

De Communi beatae Mariae Virginis.

- | | |
|-----------|--|
| Lectio I | Is 7,10-14; 8,10, n. 707, 7. |
| Ps. Resp. | Lc 1, 46-47. 48-49. 50-51. 52-53. 54-55, n. 709, 5. |
| Alleluia | Cf. Lc 1, 28, n. 711, 1. |
| Evang. | Lc 1, 26-38, n. 712, 4. |

IN LITURGIAM HORARUM

Die 10 decembris

BEATAE MARIAE VIRGINIS DE LORETO

Alma Domus – quam chronica anno 1465 exarata dicit inventam nocte inter 9 et 10 decembris 1294, in ipso colle ubi adhuc est – origo est devotionis marianae quae in sanctuario Lauretano ostenditur, memoria mysterii incarnationis atque exemplorum evangelicorum Sanctae Familiae Nazarethanae Multi Summi Pontifices apostolicam curam sanctuario Virginis Lauretanae tribuerunt, quae a Benedicto XV patrona aeronautarum proclamata est. Litaniae vero Lauretanae per universam Ecclesiam diffunduntur.

De Communi b. Mariae Virginis: Liturgia Horarum I, praeter sequentia.

Ad Officium lectionis

Lectio Altera

Ex Epistola sancti Ioánnis Pauli II papae pro VII saeculári anniversário Aliae Domus Lauretanae (Lettera a Mons. P. Macchi, 15 agosto 1993: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, XVI/2, 526-537)

Maria spatium corporale spiritualeque Incarnationis

Lauretána Alma Domus, non “reliquia” tantum est, sed pótius pretiosa ac vera “ícona”. “Ícona” non veritátum a sénsibus sepositárum, sed unius evéntus et mystérii, id est *Incarnatiónis Verbi*.

Incarnatio quidem, quae intra has sacras parietes memoratur, statim proprium germanumque sensum biblicum recuperat; non enim de mera doctrina agitur, quae ad unionem inter divinum et humandum attinet, sed potius de eventu, qui in exacto temporis momento ac definito loco accidit, sicut verba Apostoli mirabiliter manifestant: *Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere.*

María est Múlier; illa est, ut ita dicámus, spátium eódem témpore corpóreum et spirituálē in quo Incarnátio facta est. Sed Domus étiam, in qua vixit, huius rei evocátio est manifésta.

Memória vitae abscónditae Nazarethánae res certas évocat et vitae próprias ómnium hóminum mulierúmque. Ea nempe sensum sanctitátis famíliae rénovat, repénte osténdens univérsam summam virtútum, quae hódie tam minítatæ sunt, id est fidélitas, vitae obséquium, educátio filiórū, cura oratiónis, et quas christiánae famíliae dénuo inveníre possunt intra paríetes Domus illíus sanctae primæ atque exímiae históriæ ecclésiae domésticæ.

Domus illa alma commémorat, eódem témpore, magnitúdinem vocatiónis ad vitam consecrátam ac virginitátem pro Dei Regno, quæ praecíta hábuit inítiū in persóna Maríae Vírginis et Matris.

Iuvénibus deínde, qui innumerábiles petunt peregrinántes ad Domum Matris, iteráre cùpimus ea verba quae olim eis díximus: «Ite ad Maríam, ite cum María ... in corde vestro eius “fiat” résonet». Utinam iúvenes, iuxta praecípta Domus Nazarethánae, renováre váleant suam diligéntiam in cathólico laicorum órdine ad Christum in córdibus, famíliis, scíentia atque societáte restituéndum.

Iustus ímpetus nostri témporis ad agnoscéndum pro mulière illum statum qui ad eam périnet in Ecclésia et societáte, hic vero aptíssimam opportunitátem pervestigationis ívenit. Quia *misit Deus Fílium suum, factum ex mulière*, omnes mulíeres, in María, ad talem dignitátem ita elevátae sunt ut áliam illa maiórem cogitári néqueat.

Nulla theórica considerátió, praetérea, dignitátem humáni labóris exaltáre póterit magis quam scire quod Ipse Fílius Dei Názareth laborávit et vocári permísit *fabri fílius*.

Quómodo, déniue, non mentiōnem fáceré possímus “electiónis páuperum”, quam Ecclésia in Concilio fecit et magis magisque clare póstea confirmávit? Austérae et modéstæ sanctæ Domus paríetes nos ádmonent Deum Ipsum electiōnem inauguravísse in María, quae, sicut lègitur in textum conciliarem, «praecéllit inter húmiles ac páuperes Dómini, qui salútem cum fidúcia ab Eo sperant et accípiunt».

Omni témpore étenim, ad paupertátem et passiónem quod áttinet, locum praecípuum in história Sanctuárii aegróti habuérunt, qui, primi ex ómnibus, peregrinántes ad Almam Domum accurréunt et eius famam in géntibus diffudérunt. Ubinam céterum illi mélius excipiántur, nisi in Domo Illíus quam in Litaníis Lauretánis invocámus sicut “salútem infirmórum” et “consolatrícem afflictórum”?

«Hoc Sanctuárium Lauretánum – sicut dixit Ioánnes XXIII – semper pátula fenéstra in univérsum orbem terrárum esse váleat, voces illas arcánas révocans, quae animárū, familiárū populorúmque sanctificatióñem annúntiant».

Responsorium

R/. Vere benedicta tu in muliéribus quia Deus in te pósuit tabernáculum suum. * Consecrábis Dómino multitúdines populórum.

V/. Quem caeli cápere non póterant, tuo grémio contulísti. * Consecrábis.

Oratio

Deus, qui promíssa Pátribus adímplens beátam Vírginem Maríam elegísti, ut matrem fieret Salvatóris, concéde nobis illíus exémpla sectári, cuius humilitas tibi plácuit, et oboediéntia nobis prófuit. Per Dóminum.

IN MARTYROLOGIUM ROMANUM

Addi debet ad diem 10 decembris primo loco elogium quod sequitur:

Beátae Maríae Vírginis de Loreto, in Itália, cuius venerátió ducit ad mystérium Incarnatiónis Verbi Dei pro salúte

nostra contemplándum, nos docens ad vocatióneM christiánam aequo ánimo assentíri.
